



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Ad librum nonum Decalogi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

ADDITIONES AD LIBRUM IX.
Decalogi.

Lib. 9. capite secundo paragrapho I. numero 7. sine, post illud, Consideravit pluribus Sanchez. Adde.

Et quo ad Jus Hispanicum, ut etiam, quoad multa, quæ in toto hoc s. sunt à nobis disputata, vide Th. Hurradum a, nec omittatur Castropalaus, b qui confirmat, quod ego modo dixi, nullam scilicet esse legem, quæ irritet translationem dominij munerum Judici donatorum, additque, irritationem actus, & translationem dominij, nunquam esse inducendam, nisi legibus fuerit manifestissime expressa.

Ibidem cap. 3 § 6. n. 1 illud, Dixi (per se) non lateraliter peccabis. Corrige.

versus finem, post illa Verba, quasi necessario consequuntur. Adde.

Idem videtur dicendum de quodam, quem valde delectabat odor (an foetor?) Spermatis quamvis, ut dicebat, ad aliud pravum objectum nullatenus animum intenderet. Idem, inquam, videtur. Illa enim delectatio de re tam proxime objecto periculoso conjuncta, si serio à non uxorato suscipiatur, vel signum est affectus pravi, vel certe grave periculum affert in turpem affectum incidendi.

Ibidem capite tertio, numero sexto, versus finem, post illud, Hac Hurradus, sane probabiliter. Adde.

Idem esse in tactibus ex se honestis, verbi gratia, osculo more patriæ, sed inhonesto tantum ex pravo affectu colligitur ex dictis.

ADDITIONES AD LIBRUM X.
Decalogi.

Libro decimo, capite primo, numero octavo.

FINIS ADDITIONVM DECALOGI.

SI HONOR DEO, B. VIRGINI, SANCTOQUE V. A. LOYSE
GONZAGÆ PATRONO MEO.



SEQUITUR AMICE LECTOR, QUOD NOTANDUM RATUS, INDEX CAPITUM & PARAGRAPHORUM DE SACRAMENTIS, CUI INSERTUS QUOQUE EST, POST CASUS RESERVATOS INDEX SIMILITER CAPITUM & PARAGRAPHORUM DE BULLA CRUCIATA, DE EJUSDEM VERO INDICE RERUM NOTAVIMUS ALIBI ANTE INDICEM RERUM DE SACRAMENTIS.